

Carmen nuptiale in solennitatem nuptiarum politiszimi, specatâq[ue] prudent...

*1 Ic 1656 Tawaststjerna, Erich
Henriksson*



CARMEN NUPTIALE

In Solennitatem Nuptiarum

Politissimi, Spectatissimae Prudentissimae Integerrimi VIRI

DN. ERICI *Larvas*

Præfecti per Bothniam Orientalem accuratissimi

S P O N S I;

Et

VIRGINIS

Pudicissimae Castissimae

BEATÆ JOHAN.

PICTORIÆ

Dn. JOHANNIS OLAI PI

CTORII, Pastoris Quondam Kemiensium vigi-

lantissimi, Relictæ Filæ dilectissimæ

S P O N S Æ;

Quorum Nuptiæ frequenti hominum conventu, decenti

Pompâ, & Solenniter A.º Æra Christiana 1656.

2 Februarij Neopoli Carolina celebrabantur

Ab

Amicis, Fratres, Consanguineis & Sympatriotis
decantatum.

A B O Æ

Impressum à PETRO Hanson/ Acad. Typog.

Ecce tuis Favasti / ridet mitissimus annus
Orbis, dum radius jam propiore loco est
In te coniectat proles Hyperionis ardens;
Dum referat gremium terra benigna suum,
Et flores, Neonymphe tibi felicibus auris
Profiliunt. thalamus germinat atq; tuus.
Sed plus condecorat thalamum tua Sponsa pudicum,
Cujus in ore sedet sax radiosa poli.
Exsuperat flores vernantis gratia frontis
Et quicquid nitidi circulus orbis habet,
Gratulor hos radios, hos flores grator amanos,
Quos Deus aternos ut sinat esse precor.
Honoratissimis Neonymphis Aboâ gratulationem hanc mittebat.

LAURENTIUS SIGGONIUS.



Est mos, consuetudo vetus, dare munera Sponsis,
Byssum non habeo, purpureasque rosas;
Rubra nec aurea sunt, quæ mitto monilia collo:
Ergo dabo sponsis, munera chartacea!
Insignem mittam de floribus hisce coronam.
ARDET AMORE. Benta ARDET AMORE & Crict
Castus amor castusq; ardor comitetur utrumq;!
Tristia fata procul, prospera fata propè!
Urat amor castè sed non exurat amantes.
Ambo ut amore pares, ambo & honore pares,
Sic pariles parili veniunt ætate jugales
Parq; jugo compar dulce terendo pari.

MUTON

A 2

Tam

am bene conveniunt similes ad aratra jugales,
I ntemerata fides, intemeratus amor.
A ugur eram pridem, me spes non vana fefellit,
C onstantes constans jungit a norq; animos.
V ivite felices, felices jungite dextras,
T anta precor vobis munera, tanta bona!
A uguror ulterius Tavastiolos oriundos
O mine felici nec prius annus eat,
S temmata sic Tavastorum pia multiplicentur,
R ami succrescant stipite utriusq; suo.
T andem coelicolis sociati, & germina vestra
I A cta per æterni prata parata poli.

*Hac sirena loco mittebat musa. IOHANNIS
CAROLI PICTORII Sponsæ ex frat-
tre Nopotis, et Sponsi consang.*

ERICUS HEINRICIUS TAVAST.

Per Anagramm.

HINC ERIS VIR JUSTE, AT CASU.

HINC VIR ERIS, Sponsam sat agis dum quarere JUSTE,
Contigit AT CASU non tibi Sponsa pia:
Sed datur à Domino; Talem tibi gratulor ergo!
Dives honore clus; ceu quoq; nomen habes!

BEATA JOHANNIS PICTORIANA.

Per Anagramm.

PIA, CHARA, BONA INITO. SIN EAT.

SI fuerit PIA, CHARA, thori BONA fœdera INITO,
SINE EAT, eventient prospera quæq; reor.

VOTUM

V O T U M.

Vita, saLVs, proLes, paX gaVDIa DIVIlaqVe
 Contingant IUnCtIs, sICpreCor, hIsCe noVIIs.

JOHAN. Grandel, Bothn.



Cognatam Tavaste meam re & nomine pulchram
 Ducis & hæc esto conjugis usq; loco.

Felix es Tavast, Felix suavissime Sponse,

Nam datur in thalamum clara BEATA tuum,

Hanc individuam, Summus, comitem associavit

In gremio cujus tutus ovare potes,

Conjugium felix sit vobis ac benè captum

Sponso. clara datur virgo Beata viro,

Vivite concordés, lites & jurgia tetra

Absint: in vestrà pax ubicunq; domo!

Vive diu felix Tavast & dilige sponsam

Sit Deus astra regens ipse perennis amor.

Nec secius Cognata tuo gratare marito,

Qui tibi defensor tutor & esse parat,

Det Deus omnipotens vos cernere pignora amoris

Multos postq; annos calica castra sequi.

Hæcce gratulabundus confangvis

neus Sponsæ apposuit

IOHANNES IOSEPHI MATHE-

SIUS Bothn.

Συνθηκὴν ἢ συνῆκτα αἰτῆς συζυγίας οὐ
 ἐπιτελεῖται ἐπιτελεῖται γὰρ μὲν οὐκ.

A 3

Aliud

A L I U D

Nil melius pietate probâ; nam splendida virtus^o
 Est accepta polo, toti veneranda soloq;
 Tanta inest vigor huic Divæ, tam magna facultas^o;
 Hac mediante datur conjux verecunda marito,
 Hæc tibi conciliat munus, dat munera quævis^o,
 Hac mediante tibi datur hic sine fine voluptas^o
 Quod Psalmita David Lyricen fidicenq; peritus^o
 Comprobat, & Salomon, probat experientia nostra.
 Sponsus nam bræfens Iniens sacra foedera lecti,
 Hactenus ævetus vita gaudere severâ.
 Ergo Deus benedixit ei, dans vota petita,
 Munere Prospiciens, varios indixit honores^o.
 Jam licet ergo ipsi cum sponsa Jungier apte,
 Quæ virtute micat similis probitate marito,
 Non vitijs studuit vixit sine vulnere famæ,
 Huic sociæ Lecti nivea est Præstantia formæ,
 Efficit hæc Pietas fuit hæc Pietatis Alumna,
 Postremò vobis Christus det cælica regna.

*Hiscæ animitus Et fraternè gratulari
 voluit quam plurimis nego-
 tijs obrutus.*

Petrus Johann. Pictorius^o.

Frat: Sponsæ.



När man sigh ställer för / och noga vill begrunda
 Lyckones spel och Bår / kan ingen nogh förundra.
 Hielp Gudh i fordom tids / när Gu:z Skäl drakz i höggh /
 Så var glädie fast wqgh / Jalu stigh fridh rch fröggh

Bull A

ε A

Ibland

Ibland menniskior all ; men nu är thet fast annat /
 The Gamble haa' thet fall jämwäll the ynge sannat.
 Ehuru thet mon wara / så finner man där hoos /
 Lyckan medh Sorgh och fahra / hafwa ostadigh foos.
 Exempel til then Act. dagligh för ögon ställes /
 Thet heele ganska slähte / igenom Döden fälles ;
 Twärt om igen til ächta / i kärlich stadigheet /
 Effter Gudz ordningh trachtas / i världen wijsd och bredt.
 Sij nu på thesse Dag / hender och så thet samma /
 Ingå Echteskapz lagh een yng Brud och Brudgumme.
 Hwarföre will man achta / the gambblas sätt och seedh /
 Jämlikt honom på wachta / then samma taga weedh /
 Til gladt och lustige modh / sigh wände allesamman /
 The ynge Echte blodh / ährandes medh hwar annan.
 Föräldrar / Slähte och wänner / Siunger enn frögdesongh
 Jungfrur och ynger swänner / gifwer itt frögde språng /
 I dagh fullbordas wijs / Gudz willa Budh och lagh /
 I dagh vthan alle wijs / eenas bägges behagh /
 I dagh och effter kommes / Föräldrars willa godh /
 I dagh och samman bindes / two ynge sköne blodh
 Nu fastat är thet kärlekz band
 Thet dödhens still / ey annor hand !

Votum.

Beskär o Herre / Både när och fiere
 Och giff tin nådhe / i råd och dädhe
 At ey förirre / minder ey större
 Gudz stoora wrede / medh fahra och wädhe /
 Ewige Gudhen. gifwe ätt Brudhen /
 Så och Brudgummen / motte tilsamman

Himmel-

Himnelte Bruden / skoda medh friden
Bngå hvar annan medh frögd och gamman.

Bthi hastiga eenfalligheet och een-
falligh hastighet fattat aff

Martino Aronio Bothn.



Salveat Erice Tavastr, salve letissime sponse
Suscipe tu Beatam jannisjam Pictorianam
Sic te quisq; vocat felicem terq; beatum
Ecce tibi datur in thalamum nunc virgo pudica
Gaudia mille dies vobis denunciat hornus
Cum Sponsa saltato tuâ atq; amplectitor illam
Ex animo precor & voveo tibi prospera cuncta
Virvite concordet, felicem virvite vitam
Insculptum thalamo vestro sit nomen I E S U S.
Multiplycate genus, vacuum non linquite lectum
A vobis absint lites & jurgia magna
Post mortem vobis sua fercula det Deus almus!

Hæc paucula Neonymphis

L. mq; apposuit.

IOSEPHUS J. MATHESIUS.

